



canuit gafferet ignita. et uoluit eam ante pe-
 des meos dicens. Habe aureliane quod egisti. et ex
 illa hora totus contremuit et in febrem deuolutus
 et quid faciam nescio. orauit pro me domina seuerina
 dicitur. ut indulget mihi. seuerina dixit ei.
 Ergo uiam ad per me sepeliam eos. ne et mihi simili-
 ter contingat. uident autem in sepulchro militario
 de uerbetoma uia numeraria in pice clouso. scilicet
 euentum et scilicet alexandrum in uno posuit monumentum.
 scilicet uero theodolum in locum alterum sepeluit.
 Omnes uero clericis romani et religiosi uiri qui ad
 exequias corporum uenerunt. ibidem remanserunt.
 seuerina autem festinans rediit. et inuenit aure-
 lianum loquentem aliena. et cadentem febribus.
 et sibi omnes miseras reputatam. Cui seuerina
 dicebat. noluit audire uocem meam. ecce tu
 mala morte morieris. et in euulsum de relinquet.
 qui mox exspirauit. masticans linguam suam. se-
 uerina uero uxor eius uestiuit se elicio. et tam diu
 iacuit ad limina sanctorum quos ipsa sepeliera. donec
 ab oriente uenisset sanctus sylvester episcopus. a quo impe-
 trauit seuerina. ut in eodem loco rei ipsius ab eo orti
 naretur episcopus. qui omni die que sunt sancta marty-
 ribus celebrantur. Ideoque locus ipse haberet pro-
 prium sacerdotem. usque in hodie tertium diem. sanctorum
 autem ipsorum natalis est sancta nonas maias.
 benedicatur deus in saecula saeculorum amen.

**EXPL P ASSA ALEXANDRI PAPAE
 ET ALIORUM**

**INCIPIT PASSIO
 S. GORDIANI AD R. T.
 MENIS ANI DIE X.**

TEMPORIBUS IULIANI IMPERATORIS
 impiorum diuulgati sunt multa christiani. Cumque
 haec audisset impius iulianus. iracundia plenus.
 iussit eos ueniri. et in custodia publicamitti. Erat
 autem inter eos quidam christianus nomine ianuarius.
 presbyter senex. Post tertium uero diem impius si-
 mus iulianus imperator misit. et uocauit ad se gor-

dianum uicarium suum. iussitque ei uicarium
 presbyterum sua audientia. Interrogaret. Tunc
 gordianus uicarius iussit sibi sicut presbyter et
 rex ianuarium presbyterum decedere praesentia.
 cui haec dixit. quis uocaris. uel ex qua natione.
 te esse ostendis. felicissime nobis orator edicto.
 Respondit sanctus ianuarius presbyter dixit. si quidem
 ciuem discere uis. antiochenus sum. si uero natio-
 nem. exparentibus christians. christianus sum. Cui
 gordianus uicarius dixit. quid nos multas uerbo
 stocibus fallere compellat. nunc ergo audime.
 et elige tibi de duobus unum responsum. aut sacri-
 fica diis in mortaliibus. et esto amicus inuicissimi
 principis nostri iuliani. aut certe suscipe ten-
 tationem nefandorum criminum. Respondit
 autem sanctus ianuarius presbyter. et dixit ad gordia-
 num. sim mihi conseruare. ego quidem me ipsum
 opto de meo offerre sacrificium placationis.
 tamen quicquid mihi promittis pro peccatis meis
 dignissimum recipere. uerum tamen ut dixi pro
 peccato meo. non pro iusticia. Respondit gordi-
 anus et dixit. si pro peccato tuo omnia supplica-
 mereris. funde diis libamina. ut sic merearis.
 nobis expiatione saluari. Respondit itaque sanctus
 ianuarius presbyter et dixit. Ego quidem in no-
 mine domini dei mei ihesu christi semper saluus fui. et semper
 saluus ero. his super et alios saluos feci per baptis-
 micus perceptionem quae uiderant saluari. Tu enim
 si haberes sapientiam. toto corde utique
 quiesces eum. et concupisces ut inuenires.
 requiem animae tuae post tantam tempesta-
 tem. et haberes permanentem uitam eternam.
 Tunc gordianus uicarius iussit eum in domo sua
 sub custodia mancipium teneri. quem noctu
 conuocans. assererebat quod eum uellet uerbis suis
 oblectari. Cuius ianuarius presbyter dixit. fili.
 nolui perdere tempus tuum. sed magis age poeni-
 tentiam pro corporis sanctorum quos inter fe-
 cisti. et baptizare. ut possis inuenire requiem